



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæ vox de cœlo veniens?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

tus fructus, quem granum adfert, conuersionem gen-
tium indicat, quæ solitudini grani non morientis est
opposita. Occasio etiam hoc indicat: dum enim lu-
dai & Christum & Lazarum occidere decernunt, gen-
tes eum adoraturi veniunt, eorum enim salus morte
Christi seminata, & Christo sub terram complantata
lex in initium habuit. Resurrectionem & ascensionem
quoque glorificationis nomine intelligi præcipue, tum
ex eo constat, quod dictum est supra; Spiritus nondum
erat datus, quia Christus nondum erat clarificatus. Et v. 16.
Quando clarificatus est Iesus, tunc recordati sunt. Omnia igitur
illa siue dura, siue læta clarificationis nomine pro-
ponit, ne morte eius audita animis cadant discipuli.

VERSVS 26.

*Si quis mihi ministrat, me sequatur:
& ubi sum ego, illic & minister
meus erit. Si quis mihi ministrauerit,
honorificabit eum Pater meus.*

QUESTIO I.

Quomodo honorificabit eum pater?

§. 1. Ministros à patre honorandos esse dicit: *μιστ-
ροι*, nempe honore aeterno, honorati enim sunt ami-
ci Dei nimis. Honor enim proprie virtutis est præmium.
μιστρωσιν dicitur *ἐστὶ τὸ γέρας*; Honor virtutis est præmium.
Aristoteles id recte sentit, l. 1. Ethic. c. 5. & l. 4. c. 23. Na-
tura enim ita comparatum est, ut in hoste quoque vir-
tus & ametur, & honoretur; quocirca gentium pruden-
tiores bonorum virorum virtutes, etiã post mor-
tem laude, & benevolentia profecti sunt: vt docet
Eusebius l. 10. de præparatione Euangel. c. 7. l. 7. Ea
causa igitur Ecclesia sanctos Apostolos & Martyres
perpetuis honoribus celebravit. Hinc martyrum mo-
numentis omnia iam S. Augustini temporibus plena
fuerunt. Ita Gregorius l. 2. dial. c. 8. *Castrum, quod Cas-
simum dicitur, in excelsi montis latere situm est, ubi vetustissi-
mum sanum fuit, &c. itaque illuc vir Dei Benedictus pergens
construit idolum, subuertit aram, succendit lucos, atque in ipso
templo Apollinis, oraculum B. Martini, ubi vero ara eiusdem
Apollinis fuit, oraculum S. Ioannis construxit.*

Et l. 3. c. 9. l. 1. epist. 54. & l. 5. Ep. 145. & l. 7. Epist.
indict. 2. c. 9. Vetustissimus fuit in martyrum festis
celebrandis honor. De eo Clemens Romanus l. 5.
c. 8. vide editionem Turriani c. 7.

Et Iustinus apol. 2. ad Antoninum imperatorem.
Gentiles vero Christianos olim calumniabatur, quasi
martyres pro diis colerent, vt constat ex vetustissimis
Iust. no. aliisque, q. 28. responderet. Eadem Vigilantius
ex barathro pectoris sui euomebat, vt est apud Hiero-
nymum Epist. 5. libro contra eundem c. 3. & Epist. 53.
ad Riparium, & c. 8. in Epiraphio Matcellæ.

Hæc ergo ratio honorandorum sanctorum iam à
principio in Ecclesia fuit: imo & apud veteres. Omnia
Patriarcharum ex Aegypto secum Israelitæ extulerunt,
Davidis sepulchrum etiam apostolorum tem-
poribus Ierosolymis viscebat. Honor autem mor-
tuorum ille est, quem ratio, fidesque nobis dicitur, cum
certo sciamus eos cum Christo regnare, atque adeo
Dei esse voluntatem, vt quos honoratos ille voluit,
nos quoque honorandos esse censeamus.

§. 2. Meritum etiam, & mercedem esse bonorum
operum ex eo discimus, quod secum fore ministrum
suum Christus pollicetur, quod ministerium Christo
exhibitum pater dicitur honoraturus. Honor enim
ille non absolute decernitur, sed tanquam debitus mi-
nisterio, debitus inquam ex i. ministerio. Imo hic iam

promittitur. Quod si filij ministrum non honorat pa-
ter, irrita est promissio filij, qui promissa mercede ad
obsequium omnes inuitat. Quinetiam quod mireris
Zwinglio veritas illa excidit. Nam in horum verborum
expositione diserte dicit, *Christum eos vtilitate, &
premio allucere. Qui vero præmio allexit, etiam ex iusta
fidelitate præmium dare tenetur, quod promissit. Mi-
nistrum porro sequi iubet, bona agendo, mala tole-
rando, crucem ferendo, non seipsum occidendo, vt
impie olim circumcelliones docuerunt. Iam olim
hunc locum ex apostolorum discipulatu, & sensu ex-
posuit Irenæus l. 4. c. 28. Nec nostro ministerio indigens ius-
sit, vt eum sequeremur, sed vt nobis ipsis attribueret salutem,
& sequi lumen, participare est lumen, &c. Deinceps vero:
sic & seruus erga Deum, Deo quidem nihil prestat, nec opus
est Deo humano obsequio. Ipse autem sequentibus & seruien-
tibus ei, vitam & incorruptelam, & gloriam aeternam attri-
buit, beneficium præstans seruientibus sibi, ob id quod seruiunt.*

Et Dionysius Arcopagita Eccles. Hier. c. 7. Si san-
ctam vitam egerit, fore vt *regis* a quoque sanctas retri-
butiones recipiat. Hanc vocat *θελα* *δικαιοσύνην*, diuinam
iustitiam, qua Deus præmia bene viuentibus tribuit.

Quod si iustitia Dei est, seu vt idem vocat *δικαιοσύνη*
κρίματι, iustissima iudicia, non potest Deus non re-
tribuere.

Et l. 3. diuinorum nominalium c. 8. *δικαιοσύνην ἢ ἀρετὴν*
*ὁ θεὸς, ὡς πᾶσι τὰ κατὰ ἀρετὴν ἐπιτελεῖται, καὶ ἐν μέρ-
τεσιν, ἢ κατὰ ἑαυτὸν, ἢ διὰ τῶν ἄλλων, ἢ διὰ τῶν ἀποστόλων, ἢ διὰ τῶν
ἀγγέλων, ἢ διὰ τῶν ἀποστόλων, ἢ διὰ τῶν ἁγίων, ἢ διὰ τῶν
κατὰ τὸν θεόν.* Diuina rursus iustitia que est Deus, laudatur,
quod distribuat omnibus pro dignitate, modum bonum, pul-
chritudinem ordinem bonum, ornatum, & omnes distributio-
nes & ordines, deservens vnicuique reuera termino æquissimo.

Denique eodem loco etiam causam reddit, cur vi-
ris fortibus aduersa obuenire permittat, & quomodo
κατὰ ἀρετὴν, temporaria atque aeterna conferat, magna
tamen varietate pro cuiusque merito.

§. 3. Eadem doctrina perpetuo vsa est Ecclesia Dei, *Meritorum
diuersitate*
& Iouinianum damnauit, non absolute merita infi-
ciatum, sed eorum aequalitatem nouo errore docen-
tem. Quid patres illi de nostris hæreticis sentirent, qui
non diuersorum paria, sed omnium nulla merita esse
contendunt? Imo qui cælo inferos miscerent, & o-
mnium, optimorum etiam operum meritum esse æ-
ternam damnationem impie docent: qua disputa-
tione etiam eo deuenerunt, vt Christi meritis deroga-
rent. Molinæus in 51. partem harm. vt Feuarent.
dial. 4. hæret. 31. 32. p. 263. *Errarunt monachi, inquit,
& sacrificuli, doctoresque Papiſici, videntes merita tum in-
carnationis, tum natiuitatis, tum reuentionum & afflictio-
num Christi. Nihil hac omnia proderant nobis, nihil po-
terant.*

VERSVS 27. 28. & seq.

*Nunc anima mea turbata est. Et
quid dicam? Pater, saluifica me
ex hac hora. Sed, propterea veni,
in horam hanc. Pater, clarifica
nomen tuum. Venit ergo vox de
cælo, Et clarificauit, & iterum cla-
rificabo, &c.*

QUESTIO I.

Que vox de cælo veniens?

§. 1. *Æ*ternus Deus vt ostenderet, sibi carissimum
esse filium, eiusque orationes exaudiri, pu-
blice attestatur eum sibi cordi esse, foreque, vt ite-
rum

rum eum clarificet, δόξα; orat Christus: Et Deus, δόξα, clarificabo. Clarifica, inquit, nomen tuum, ubi in Græcis quibusdam non recte ponitur pro es. Et quidem cum animam turbatam dixisset, rogassetque ut ex ea hora saluaretur, simul orat, ut nomen Dei clarificetur, quod mox promittitur. De anima turbata in Luca, & Matthæo dixi; Et hæc etiam Calvinus blasphemam, dum Christi votum correctum fingit, & inconsiderate effluxit. iudicat.

Blasphemia Calvini.

Messias nomen Dei.

§. 2. Nomen Dei natiuitate, prædicatione, & miraculis Christi clarificatum fuit, nunc morte, aliisque miraculis, & apostolorum, successorumque concionibus clarificandum erat. Obseruandum est nomen Dei apud Hebræos pro ipso Deo, & Messia poni. Ita commentarius in Psal. midras Tehillim, scriptum est: Ego Deus facio omnia: extendens cælos per me: firmans terram per eum qui mecum est. Nam משיחא mecum, is qui mecum, vel à me stat, vel latini solent loqui, scriptum est quoque apud Isaiam 44. cum dicitur. Quis ergo fuit mecum? Nomen meum vna mecum mixtum fuit, in creatione sæculi. Dixit ergo Dauid coram Deo sancto, & benedictio. Ex eo quod tu cum nomine tuo creasti cælum, & terram, nomini tuo illa tribuam. Dicens: Dei est terra, & plenitudo eius.

Nomen itaque quod cum Deo in mundi creatione fuisse dicit Iudæus commentator, est verbum Dei. Et in Psal. 18. in illa verba. Magnificans saluationes regis sui & facie is misericordiam Christo suo Dauid. Idem commentarius habet: ברוך אהרן מוגדל ומהו מוגדל ש נעשה והאחר אהרן מוגדל והוא מוגדל ש נעשה להם מלך המשיח במוגדל ש נאמר מוגדל ישועות וכתוב מוגדל עוז שם יהיה בו ירוך צדק ונשגב Vna scriptura dicit: magdol, i. magnificans, alia dicit: magdol, id est, turris, & que turris facta est illis? Rex Messias, tanquam turris, que dicta est turris saluationum, & scriptum est, turris fortis nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & eleuatur. Et R. Hadarlan in Gen. 41. Non est autem Dei hic dictum nisi Messias. Et R. Tohanan in libro Sanedrin. c. Helec. De Messia dictum ait, Isaiæ 9. Et timebunt ab occidente nomen Dei, & ab ortu solis, honorem & gloriam eius. Et ex eo probat, quod mox sequatur, & veniet ad Sion אלהי גויל, redemptor.

§. 3. Mirum videri posset quod iurba aut tonitruum factum esse, nam quod de anglo alij suspicantur, non adeo alienum est, opera enim angelorum potuit vox illa in aere formari. Fuit autem vox illa articulata, significationem veram habens. Quamuis autem tonitruum videri posset, ob magnitudinem soni, intelligi tamen potuit, nec enim murmur inane fuit. Quomodo igitur turba putat esse tonitruum? Quidam id factum stupore & ignauia, quod diuinis rebus, nec attendent, nec eas caperent, alij quosdam sonum tantum, alios vocem articulatam audiuisse volunt. Chrysostomus: ἐκείνοι δὲ βροῦν τὸν ἀναγνωριστὴν, εἰ ἀγγέλων αὐτῶν λελαληκέναι. καὶ ποῦ ἐν τῷ ἐνομιόσαν; μή γὰρ οὐχὶ ἄρα, καὶ ἐνομιόσαν ἢ ἢ Φωνῆ; ἀλλὰ ταχέως αὐτῶν ἀπέπη, ἀπὸ ταχέως ὄντων, καὶ σπερματικῶν, καὶ ἐσθλῶν, καὶ οἱ μὴ τὸν ἦχον κατέχον, οἱ δὲ ὅτι μὴ ἐκείνοι ἢ ἢ Φωνῆ, ἢ δὲ οὐκ, πρὸς ἐσθλῶν ὄντων. Illi quidem tonitruum esse existimabant, aut angelum illi locutum. Et vnde hoc existimabant? Nonne plana erat & significationem habens vox? At celeriter ab ipsis auolauit: ut qui crassiores, carnales, & negligentes essent, & hi quidem sonum perceperunt, hi vero, quod articulata vox esset, nouerunt. Quid vero significaret non amplius.

Quidā verba non intellexerunt.

Fateor difficile videri, quomodo vocem tam clarā, non omnes perceperint, adeo ut tonitruum putarent. Video in primis esponderi posse, magnā turbam fuisse ex vicinis Ahiæ Græciæque urbibus, quæ verba Hebræa non perceperit. Deinde forte vocem antiqua Hebræa lingua prolatam, quam idcirco pauci intellexerint, illi vero tonitruum putarint. Hebræa verba beneuolentia sunt, ideo facilius non attendentes fallere

potuerunt. Syra verba sunt: משיחא משיחא שיהא גבתי, vel ab meschabach: addo etiam Syram esse yaram dialectum; nam cum Græcis in syri cum aliqui varie loquerentur magis linguam conuerterant. Est ergo quacumque dialecto Syriace loqueretur, necesse est, à multis non satis intelligi, qui ex Arabia, Phœnicia, Ægypto, Chaldæa aderant. Illi igitur tonitruum fuisse arbitrati sunt; qui autem articulatam vocem perceperunt, non tamen singulatim intellexerunt, quomodo nomen suum Deus honorificare statueret. Honorificandi autem verbo vitur Nouatianus libro de Trinitate. De glorificatione præclarum extat S. Athanasii dogma de communi essentia patris, filij & Spiritus Sancti. Filius glorificat patrem: dicit enim. Glorificauit nomen in Trinitate tuum in terra. Et pater dicit filio: glorificauit & verum glorificabo. Pari modo dicit. Spiritus glorificauit a filio, & verum ab illo filium. Idque sic dicit: Spiritus glorificauit me, eterna scilicet gloria. Quia vero Ariani hoc loco contra Christi diuinitatem sunt abusi, ipse prudenter excipit, οὐ χωλεῖσθε τὴν δόξαν τῆς πατρὸς λέγετε, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ὡσαύτως λέγετε. ἵνα δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν θεοῦ δόξαν τῆς πατρὸς μορφῆν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν μορφῆν, λέγετε: ἡ δὲ δόξα, καὶ πατρὶν δόξαν, μίαν τὴν αὐτὴν ὡσαύτως. ἡ δὲ δόξα δὲ αὐτῶν δόξαν δαύτων. Non separatus a gloria hoc dicit, sed corpus non gloriosum natus, ut ostenderet non separatam. (legendum est, οὐ χωλεῖσθε τὴν δόξαν) a diuina gloria formam serui, sed illam ostendi; quapropter dicit: Et glorificauit, & verum glorificabo: Vnam ante corpus, & in corpore gloriam significans.

Inter in Athanasio, per nomen, etiā huius in flexibus Ita in Synopsi: ἰδὲ Ἐξ ὧν ὁ ἄριστος ἰστοριογράφος. Vbi expelle dicit δόξαν ἐσ τὸν γῶν. Clarifica filium tuum. Et l. 4. de nominibus singulis, hinc probat diuinitatem, & filium alium esse a patre. Atque hæc de glorificatione, & voce, nec caudendum est Theodorus Mopsuestenus, qui vocem articulatam fuisse negat.

Patrem appellat, & patrem ait, sicut etiam v. 26. remuneratorem pollicetur, quia plaris id videbatur, cum nondum ille surrexisset, ut monet Chrysostomus: Qui etiam turbationem ex dispensatione esse ait. τὰ ἄνω τῆς ἀνωμοίας ἐστίν, οὐ τῆς ἡμετέρας. Hæc dispersiōnis sunt, non diuinitatis, quia plaris autem perturbatur, & moueatur, non mortem fugit tamen. Humanitatis ergo illa fuit imbecillitas.

Diuinitatem, & potentiam suam inde etiam Christus demonstrat, quod negat propter se vocem illam ad aures accidisse, sed propter turbam. Non enim ille confortatione aut inlicitatione egebat.

VERSUS 31.

Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras

QUESTIO I.

Quod iudicium mundi?

§. 1. Duplex est interpretatio. Prima iudicium accipi in partem detentorem, & condemnationem significare. Chrysostomus vocat δικαστικὸν tribunal. δικαστικόν, inquit, ἐστίν, ἡ ἐκδικασίς. Iudicium erit, & plius, ille expolitio nem præcedentium esse affirmat, ideo enim clarificatum esse, ut princeps huius mundi, foras eiceretur, imo clarificatione electum esse. Augustinus, in hunc locum accipit in bonam partem iudicium mundi esse, quo ipse liberatus sit à tyrannide dæmonis. Verba Augustini sunt: Dicitur iudicium, non damnationis, sed ascensionis, vnde scriptum est; iudica me Deus, & discerne causam meam, de gente non sancta.

ADAMIS COMMENTARIUS
IN
+ EUANGELIUM
CVM
IN